Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



Deus qui redemptione mundi nasci et
cidi voluisti / et a iudeis reprobari / et a iuda osculari / tradi
vinculis ligari / et ut agnus innocens
ad victimam duci / ante aspectum pilati offerri
falsis quoque testibus accusari / flagellis et virgis
cedi / opprobriis saturari / arundine molestari
alapis cedi / sputis aspici / spinis coronari / maxilla
lacerari / inter latrones deputari / clavis perforari
lancea ~~perforari~~ vulnerari / aceto potari / tu domine
per has sanctissimas penas / ab omnibus penis infer
ni / me libera / et per illam crucem perduc me misericor
quo perduxisti latronem crucifixum latronem / per dm

Secreta

Auxilientur mihi pietas tua xpe omnes
passiones tuas / et defendant me ab omni per
cutione inimicorum meorum visibilium et invisibi
lium / scio enim quod in quacunque die memoriam
eorum habuero salvus ero / ideo de tua immensa
pietate oramus / ut benigne me protegas auxilio
gratiae protectione gubernes / Qui vivis et r. d. ~~Completa~~

Domine deus / de deo lumen de lumine / qui
humanum genus crucis patibulo expiaturus pre
redime dignatus es / qui me indignum famu
lum tuum pretio sanguine redemisti / te deum
supplicater exoro ut non secundum peccata mea